

LEGES COLLEGII ANGIENSIS.

RÈGLEMENT DU COLLÉGE D'ENGHien EN 1788.

(Communication de M. B. LEPERS, membre effectif à Ellezelles.)

Le Cercle archéologique d'Enghien a tenu à rééditer un petit opuscule extrêmement rare imprimé en 1788 sous ce titre : *Leges collegii Angiensis*. C'est le règlement suivi alors au Collège des Augustins d'Enghien. Les dispositions qu'il renferme sont assez curieuses et font connaître l'organisation intérieure d'un établissement d'instruction au siècle dernier.

Nous n'avons pas à faire ici l'historique du collège d'Enghien. M. Ernest Matthieu a exposé d'une manière complète les annales de l'instruction publique en cette ville (1). Remarquons toutefois qu'en 1785, peu de temps avant l'impression du règlement, ce collège comptait 109 élèves (2).

(1) HISTOIRE DE LA VILLE D'ENGHien, pp. 645 et ss.

(2) ARCHIVES DU ROYAUME, *Conseil privé*, carton n° 1084. — Un mémoire rédigé vers cette époque par DES ROCHES, actuaire de la commission des études, donne la population scolaire des collèges des Pays-Bas en 1785. On comptait alors 3901 élèves dans nos provinces. Voici les chiffres pour les localités du Hainaut actuel : *Collèges dirigés par des prêtres séculiers* : Mons, collège de Houdain, 283 élèves; Tournai, 230; Ath, 121; Le Rœulx, 30. *Collèges des Augustins* : Enghien, 109; Bièche, 42. *Collège des PP. de l'Oratoire*, à Soignies, 83. *Collèges des Récollets* : Fleurus, 52; Fontaine-l'Évêque, 24; Chimai, 23. *Collège des Dominicains* : Braine-le-Comte, 5.

Les *Leges collegii Angiensis* forment une brochure de huit pages intitulée *Regulatione Scholarium Academiarum Angiensium*, sans nom d'imprimeur. Sur le titre se trouve une vignette représentant une corbeille remplie de fleurs.

1. Ne proferantur verba juratoria, inhonesta malesontantia. S. & P. A. (4).
2. In templo ne respiciant, sint modesti, inspiciant librum precum, surgant & flectant ad signum Superioris, nec egrediantur sub multâ 2 quadrantum.
3. Ne ascendant ad cubiculum finitâ scholâ, sed maturè compareant processuri ad templum tacitè, modestè & ordinatè. S. & P. A.
4. Sacraenta singulo mense suscipiantur.
5. Diebus Confessionis nemo exeat templo antè medium decimæ, nec Oppidani Collegio antè decimam. S. P. & A.
6. Pridiè feriarum nemo exitum petat tempore pomeridiano sub quocumque praetextu, nec testas frangat, nec elamet vel cantet inconditè vel quovis modo strepitum edat, vesperi post preces quilibet modestè cubiculum suum adeat nec exeat indè donec illucescente die detur surgendi signum, deindè intersit precibus matutinis, iisque finitis vadat directè domum, nec in transitu civitatis qualitercumque civibus injurietur, nec propinas frequentet. P. A.
7. Nemo petat ad anticipandum aliquantis per vel prorogandum sub quo cumque praetextu tempus feriarum omnibus aequaliter statutum, nec ad hoc frustrè sollicitet Parentes, ne itâ detur sociis justa conquerendi causa.
8. Sint omnes reduces primo die post singulas ferias, sc. post pridiè Dominicæ in albis post ferias Paschales & post ferias majores primâ Septembris.

(1) *Signum et pœna arbitraria.*

Le *signum* était une peine pécuniaire que les élèves s'infligeaient mutuellement dans les cas prévus par le règlement. Les art. 13, 27, 31 et 39 des *Leges* régissent le contrôle du *signum* et certaines obligations du *signiferus* et de ses témoins.

tembris, & si de consensu Parentum eos invitant pridiè Natalis Domini, sint reversi postpridiè Epiphaniæ Domini. P. A.

9. Post quaecumque ferias ad Collegium reduces ne præsumant eo die intrare Oppidum sine veniâ. P. A.

10. Superioribus scholas intrantibus omnes assurgant & caput detegant; exhibentur etiam honor ipsis transeuntibus, item aliis honestis personis; caput quoque detegant transeuntes antè Imaginem Christi, Deiparæ, &c. P. A.

11. Ne fiat concursus ad portam Collegii, nec acclamatio injuriosa ad personas Gymnasium intrantes, exeuntes vel transeuntes. P. A.

12. V. tantur conspirationes sub pœnâ expulsionis.

13. Omnes intersint precibus modestè, attentè & devotè, lector dicat preces sine cursu, distinctè, sine syncopâ, memor terribilis hujus sententiae : *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter*, & dum iis finitis signa examinantur, sint modesti & sileant donec detur signum petendi sua eubieula sine strepitu. P. A.

14. Nemo umquam ponat pedem extrâ portam Collegii. P. A. Inquiliinis diebus profestis conceditur exitus à medio duodecimæ usque ad duodecimam; Convictoribus autem semel per hebdomadam se. die sabbati à quartâ usque ad medium quintæ ut querant sua necessaria.

15. Oppidani diebus Dominicis & Festivis sint in Collegio antè secundam pomeridianam, diebus verò, quibus more solito itur ad campos compareant antè medium secundæ. S. & P. A.

16. Per æstatem Oppidani Dominicis quartis redeunt domum post laudes & compareant iterum in Gymnasio antè quartam lusuri cum Inquiliinis usque ad sextam. S. & P. A.

17. Oppidani & Inquiliini quandocumque sero venientes ad Collegium, multentur signo & pœnâ arb.

18. Dominicâ Bachanalium nullus exit, die Lunæ & Martis exeunt Inquiliini ad querenda sua necessaria à medio duodecimæ usque ad duodecimam; secundâ autem exeunt omnes & redeunt antè medium quintæ. S. & P. A.

19. Ingressus tabernæ semper; sed præsertim tempore Bachanalium prohibetur sub pœnâ inclusionis & aliâ arb.

20. Inquiliinis ad Oppidum invitandis non detur exeundi facultas, nisi invitantes amici vel consanguinei accedant Praefectum eam impetraturi.

21. Ituri ad ambulationem ne querant clavas nisi post primum pulsus. S. Et descendant maturè ad aream ut secundo pulsu omnes sint parati.

22. Ne quis injurietur proximo, nec jaciat lapides, glebas, sordes vel aliud inconveniens, nec in campus egrediatur limites, scindat baeula, carpit fructus, scandat arbores nec in ambulatione distet à cœtu 50 passibus nec loquatur tempore Catalogi. S. & P. A.

23. Ne absint à Catalogo, inservituri Sacro priùs respondeant nomini, nec à scholâ, legitimè impediti præmonendos curent suos Superiores. S. & P. A.

24. Vulgaris sermo sit Latinus. S.

25. Vesperi post preces ne querant aquam, nec loquantur, nec caput exponent fenestræ, nec accedant aliorum cubicula, nec portas suas habeant obseratas. P. A.

26. In Gymnasio nec globis, nec chartis, nec aleâ ludant, nec pilâ in dormitoriis, scholis, cubiculis, item inter dextrum latus templi & parietem plateæ contiguum. S. & P. A.

27. Nec signiferis nec testibus licet ludere nisi signo sine fraude resignato. P. A.

28. Quotidiè sternatur lectus & verratur cubiculum. P. A.

29. Nullus audeat à studioso quidquam emere, vendere vel commutare sine veniâ. P. A.

30. Tempore potûs ne projiciant sedimentum cervisiae in pavimentum. S. & P. A.

31. Nemo resignet signum ei, à quo accepit & quilibet proprium habeat testem, nec assumat alium sine veniâ.

32. Durante studio fenestræ sint clausæ ne per eas aspiciant vel loquantur ; pateant verò foramina cubiculorum, nemo alienum adeat cubiculum sine veniâ, nec aquam querat, nec pensum scribat, nec ad opus naturæ vadat absque veniâ. S. & P. A.

33. Nemo parvum nec tertium petat ambulacrum sine veniâ, nec in dormitoriis se lavet, nec sine veniâ ponat pedem in alieno cubiculo licet vocatus. S. & P. A.

34. Nemo noceat Collegio, v. g. incidendo nomen suum parietibus, scamnis, sedibus, fenestræ, ledendo cancellos, portas, gradus, mensas

lectos, affigendo claves parietibus, antliam manubrio inscitè pulsando, ostium cubiculi violenter claudendo. S. & P. A.

35. Ne habeant uncos, selopetos, pugionem, ensem vel aliud instrumentum incongruens, nec tentent clavæ aperire portas alienas, nec foculo in cubiculis, nec tabao fumante utantur. S. & P. A.

36. Ne ejiciant matulam vel testam nisi terno clamore prævio, ne stent, vel sedeant in fenestræ dormitoriorum, ne loquantur à parte plateæ habitantes per fenestræ suas, nec aliquid jaciant in vel trans tecta vicinorum, S. & P. A.

37. Nemo cancellos vel funem campanellæ tangat, nec potum in civitate queri jubeat sine veniâ. S. & P. A.

38. Nemo per fenestræ funibus quid attrahat sub pœnâ demigrationis.

39. Ne quis Signiferum prodal, vel injuriosè tractet. S. & P. A.

40. Seommata, verbera aliamve injuriam passus ne vices rependat, sed citò denuntiet Præfecto injuriam ultro. S. & P. A.

41. Dedicationi suæ intersint quatri duo; in campus nemo bibat sine veniâ. P. A.

42. Nullus intret scholam nisi benè pexus & lotus, nec quis egrediatur sine veniâ, nec exitum petat secundus antè redditum primi. P. A.

43. Inclusi matulam penes se habeant, ne loquantur per fenestræ, nec cantent, clament vel strepitum edant, nec potum accersiant à civitate. P. A.

44. Ne meiant in areâ, loquantur in latrinis, eas conspurcent, lapides vel quid aliud injiciant, sint dorsa versùs eos, qui naturæ satisfaciunt & expectent suas vices tribus passibus à latrinis. S. & P. A.

45. Ne currant in gradibus. P. A. Nec in gradibus cultrum manu tenant. S

46. Quilibet habeat saccum stramineum sub lecto; Nemo glaciei vel aquæ natando se eredat. S. & P. A. Prohibetur insuper quidquid dedecet juvenes benè natos. P. A.

47. Quotannis mense Julio quilibet suis expensis jubeat mundari vitra fenestræ cubiculi sui.

48. Inquilini vitris in suo respectivè dormitorio & calefactorio fractis nova substituenda curent.



49. Sub finem Octobris tam Oppidani quām Inquilini solvant pro igne
summam requisitam. Quantum ad Minervalia & Mensam pars solvatur
antē ferias Paschales & altera pars antē ferias majores.

50. Has Leges omnes penes se habeant sub pœnā semi Solidi.

F I N I S.
